

Werk

Titel: Copiosissima Evangeliorum Dominicalium Expositio

Autor: Bakius, Reinhardus

Verlag: lungius; Schmidius

Ort: Lübeck; Schleusingae

Jahr: 1640

Kollektion: VD17-nova

Werk Id: PPN616188471

PURL: http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN616188471|LOG_0020

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=616188471>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

num tuam & absterge omnes fôrdes nostras, remitte nobis omnia nostra peccata propter misericordiam tuam, mitiga in hac vita omnes calamitates & miseras tam publicas quam privatas, ne projicias nos in tenebras exteriôres cum Iudeis incredulis, sed da nobis locum in mensaregni tui, in qua Abraham, Isaac & Jacob, & multi alii electi tui accumbunt, ut pro omnibus beneficiis tuis tibi gratias agere & te in omni eternitate celebrare possumus, qui cum P. & S. S. vivis & regnas Deus benedictus, per omnia Secula seculorum, Amen.

Dominica IV. post Epiphanian. Evangelium, Matth. 8.

Et cum esset ingressus navim, secuti sunt eum Discipuli sui. Et ecce motus magnus factus est in mari, adeo ut navis operiretur a fluctibus. Ipse vero dormiebat. Et accedentes Discipuli excitaverunt illum, dicentes: Domine serua nos, perimus. Et dicit illis, Quid timidi estis, exiguâ prædicti fiduciâ? Tunc excitatus increpavit ventos & mare. Et facta est tranquillitas magna. Homines vero admirabantur, dicentes: Qualis est hic? quia venti quoq; & mare obediunt illi.

Sæc. 2. v. 19. ubi Jehova altissimus promittit, quod Ecclesiam N. T. despônsare sibi velit in justitia & judicio, in misericordia & miserationibus, &c. ibi versu 16. hæc præmitit verba: Et erit in die illa, inquit Dominus, vocabit

vocabit me (Sponsa mea) Vir meus, nec vocabit me ultra B A A L I M, auferam enim nomina Baalim de ore ejus & non recordabitur ulterius nominis eorum. Verba hæc sub N. T. verè ad literam completa esse, id satis superq; testari possunt Evangelia, quæ circa hoc anni tempus successivè explificantur. In defectu enim vini, Baal quendam vel quoddam olim idolum invocatum notum est, erat videlicet gentilibus Deus quidem iuvans Bacchus vel liber Pater, cujus cultus usque adeo frequens fuit, ut Poeta dicat:

Cuiq; racemipotens fiat Deus ante fores.

Sed nuper audivimus, in Canz nuptiis novis conjugibus, vini penuriam sentientibus, liberalissimè subvenisse Christum Servatorem, sicque Baal gentilismi unus concidit & docet Evangelium Joh. 2. non Bacchum, sed Christum Dei filium illum Dominum esse, qui ex terra quotannis producit, panem ad confortandum & vinum ad letificandum cor hominis. Psal. 104. v. 15. ipse dat nobis frumentum, & vinum & oleum, & linum & lanam, qui usus ignominiam nostram tegimus, Ose. 2. v. 9. Similiter in morbis & malis desperatis, suos etiam Baalim & medicos quasi Ethnici olim habebant. Esculapium videlicet & Apollinem, quem Poëta italo-quentem introducit:

Inventum Medicina meum est, Opifexq; per orbem

Dicor, & herbarum subiecta potentia nobis.

Verum proximè audivimus, Christum Servatorem manus tulisse auxiliatrices & Judæo leproso & paralytico ærumnoso, sicq; iterum Baalim gentilium antedicti concidunt, & docet Evangelium Matth. 8. Medicum & morbis fugum & mortis fugum esse, non aliquem vel Esculapium vel Apollinem, sed Christum Dei filium, qui propterea scipsum nominat *Iesu abrahamicum nostrum*, Exod. 15. v. 27. & alibi dicit: Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua, nec ullus est qui te curet, Ego autem obducam cicatrices & sanabo te, Jerem. 30. v. 12. & 17. Parimodo in Naufragiis & Maris tempestatibus suos etiam Baalim & Deastros gentes habuerunt, olim invocantes vel Neprunum vel Æolum, de quo Poëta dicit, quod illi *divum pater atq; hominum Rex*, Et mulcere dedi fluctus & tollere ventos. Sed hodiernum narrat Evangelium, quod intempesti maris fluctus compescuerit veritosque solo nutu fugarit Christus Servator, sicq; hic iterum concidunt dicti gentium Baalim & docet hodierna historia Dominum *Venit potenterem esse*, non aliquem Æolum, sed Christum

Dei filium, de quo regius Poeta & Propheta: *Tu dominaris superbia maris & tumultus fluctuum ejus mitigas*, Psal. 89. v. 10. Tandem Agricultura etiam suos olim sub Gentilismo Baalim, Deos, Deasq; habuit, Osridem scilicet aut Cererem, de qua Virgil.

Prima Ceres uno terram dimovit aratro,

Prima dedit fruges alimentaq; mitia terris.

Sed in proximo Evangelio percipiemus Christum Servatorem fidelissimè præesse, non modo Ecclesiæ suæ, quæ *γέρειον τὸ Ιησοῦς*, i. Cor. 3. v. 9. Sed etiam agriculturæ nostræ, quam circa præsens anni tempus non Ceres, sed Christus Dei filius larga sua benedictione ita præparat, ut non modo semina jam recipiat, sed & suo tempore, ceu grata & fœcunda mater, cum scenore reddat semina serentibus & panem comedentibus, Isa. 55. v. 10. Usq; adeo jucundis hujus temporis Evangelii pulchre conveniunt verba cœlestis Sponsi dicentis: *Et erit in die illa, quod vocabit me sponsa mea vir meus, nec ultra me vocabit Baalim, auferam enim nomina Baalim de ore ejus, & non recordabitur ulterius nominis eorum.* ¶ Vel assumas dictum Sap. 14. v. 2. ubi cœlestis sapientia, de navigio verba faciens, ita loquitur: *Cupiditas acquirendi illud (navis lignum) extigitavit, & Artifex sapientia fabricavit suâ, Tua autem, Pater, providentia gubernat, quoniam das in mari viam & inter fluctus semitam firmissimam, &c.* Distinguit hîc cœlestis sapientia opus hominum, ab opere Dei nostri glorioſi, Navem fabricari & ad augendam rem familiarem eâ uti homines quidem possunt, at ritè eam gubernare & inter fluctus etiam furentes semitam ratifirmare, hoc solius Dei est, id quod scriptura multiplici exemplo satis superq; demonstrat. Scimus equidem Noæ artifices exstruxisse arcam, & confecisse primam illam navim satis aptè, sed, *O pater cœlestis, tua providentia, gubernavit illud lignum;* tua providentia dedit illi, inter fluctus etiam sevissimos, viam firmissimam, tua providentia ut ostium dolati illius ligni clausit, ita clausum mansit per annum integrum, & in summis illis cataclysmi periculis servatus est Noæ eum animabus octo, novit enim Dominus pios de temptatione eripere, 2. Pet. 2. v. 5. & 9. Scimus equidem Iochæbed matrem Mosis naviculam vel fiscellam scirpeam satis artificiosè fabricasse, impositoq; filio suo unico ac unicè dilecto in ripæ carecto eam collocasse; sed, *o pater cœlestis, tua providentia illam etiam naviculam gubernavit;* tua providentia tuam illi semitam inter fluctus dedit; tua fecit providentia, ut vili vasculo servare

z. ord. 2.

ser varetur felicissimum illud divinæ misericordiæ vasculum, Exod. 2. v.
 3. & seqq. Scimus equidem *Salomonis* artifices magno multo quæ labore
 parasse & ornasse classem illam regiam, Tharsin usq; ex currentem: sed
 ô pater cœlestis, tua providentia hoc etiam gubernavit lignum; tua pro-
 videntia semitam illi inter fluctus dedit firmissimam; tua providentia
 post triennium integrum classem illam salvam reduxit, instructam au-
 ro, argento, elephantorum dentibus, nec non simiis & pavonibus, i.
 Reg. 10. v. 22. Scimus equidem satis studiosè fuisse paratam illam na-
 vim, quam *Ionas*, ut Domini faciem fugeret, est ingressus: Sed, ô pater
 cœlestis, vel millies confractum illud etiam lignum esset, nisi tua provi-
 dentia duxisset navigantes, eisque in mediis fluctibus tutam dedisset se-
 mitam, quoad puniretur is, qui homines sequebatur, Domini manda-
 ta reculans, Jon. 1. Scimus equidem satis forte & munitum fuisse navi-
 gium illud *Alexandrinum*, quod Paulus, unâ cum aliis multis, ingressus
 est, Italiam petens: Sed, ô pater cœlestis, tua providentia hoc etiam lignum
 gubernavit, tua providentia semitam ei inter fluctus dedit tutissimam,
 licet enim puppis vi undarum solvatur, *præsentemq; viris intentent omnia
 mortem*, prora tamen immobilis manebat, & servabantur 276. viri, A-
 ctor. 27. v. 37. Tandem, artificis prudentiâ etiam exstructa est illa navis,
 quam hodie Christus Servator unâ cum discipulis suis est ingressus:
 At, tua Pater providentia felix illud lignum gubernat, dat ei in mari vi-
 am & inter fluctus semitam firmissimam, hinc licet omnia *conclamata
 videantur* & desperata, ad solum tamen Christi evigilantis nutum bar-
 barum illud elementum quiescit, silent venti, cessant fluctus & omnes
 illum mirantur, cui promptè obediunt ponthus & æther. ¶ Vel assu-
 me dictum Syr. c. 27. v. 6. *Vasa* figuli probat fornax, & homines justos tentatio
tribulationis. Evidem corda hominum alias sunt impervestigabilia,
 Jerem. 17. attamen ex ardente tribulationum furno, multorum sane
 cogitationes revelantur, dicente Simeone, Luc. 2. & novimus ex Scri-
 ptura tempore tribulationis in aliquibus esse repartam (1.) *βεβαιοπi-
 siαν*, fidem firmissimam, qualis fuit Stephani, qui sub medio etiam lapi-
 dum imbre dicitur fuisse plenus fidei & virtutum, Act. 6. v. 8. In ali-
 quibus tempore tribulationis repartam novimus (2.) *ολιγοπiσιαν* fidem
 admodum infirmam, quo pertinent Regulus Capernaiticus, Joh. 4. pater
 lunatici, Marc. 9. Martha, Johan. ii. In aliis vero tribulationis tempore
 repartam legimus (3.) *απiσιαν* & *δυτiσασιαν*, sicut Christus de Tempor-
 rariis

Exord. 3.

rariis dicit, quod aliquandiu quidem credant, tempore autem afflictionis deficiant, Luc. 8. Matth. 13. Usque adeò verum est illud Syracidense: *Vasa figuli probat furnax & homines, iustos probatio tribulationis.* Cum exursumur persecutionis ardore, tunc probamur de fidei tenore, Tertull. de fugi in persec. p. 450. Scilicet ut fulvum spectatur in ignibus aurum, tempore sic dure est insufficienda fides. Hęc ita esēt satis superq; hodiernum Evangel. probat. Ut enim axes ad tempus pullos si os nutritunt absq; ullo eorum labore, at ubi pennis aptos eos videint, ad volatum eductos exercent, nonnunquam etiam deserunt, quod virtutis volitandi experimentum capiant: Sic Christus Dominus cum suis discipulis multa de fide docuisset, nunc tanquam doctrinæ rationem velit respescere, illis assumptis navigat, dormit, spacio ac timore eos tenet suspensos, & ita Mare intempestivum in FIDEI STADIUM Apostolis parat, Basil. Orat. 22. in quo examine licet Servator *βελαιωτιστας* & fidem firmam non inveniat, nec tamen *αποστολας* videt aut *ληγωνιστας*, sed *διληγονιστας* saltem invenit, quam meritò quidem reprehendit, miranda tamen lenitate tolerat, & insigni miraculo excellenter confirmat, &c.

Cum ingressus esset. Tempus hujus navigationis neq; ex Matthæo neq; ex Luca accurate potest colligi, ut qui anxiè hic non laborarunt, quid prius esset, quidve posterius, idèo Lucas in genere dicit: *Factum est quadam die,* Marcus autem c. 4. solus notat fuisse *vesperam diei*, ejus scilicet, quo Christus similia de semine, de grano sinapis, &c. sermone satis prolixo proposuerat. Incidit illa dies, computante Buntingio, in mensem Iunium, anni ætatis Christi 32. inchoati vero Ministerii ejusdem 2. & putatur fuisse dies *Dominica*, quia Lucas quando c. 8. v. 22. dicit: *Factum est ē μιᾷ τῶν ἡμερῶν*, tunc non indefinite *una* vel *quadam*, sed *dies septimana prima* intelligenda est, sicut passim in historia Evangelica per plaur vel τῶν ἡμερῶν vel τῶν οὐεκάτων primus hebdomados dies notatur, Marc. 16. v. 2. Luc. 24. v. 1. Joh. 20. v. 1. & 19. Chemn. Harm. cap. 64. p. 490. ¶ Notetur hic, I. Christum miracula quidem edidisse, ut plurimum die *Sabbati*, docendo autem ipsum insumisse potissimum diem *septimanae primam*, quæ Sabbato proxima erat & hodie *Dominica* dicitur (hanc enim diem in nostro Textu concionando iam totum transfigit, & circa vesperam demum navim descendit) Factum hoc est in præludium, quod Sabbatum Iudaicum paulò post in diem Christianorum Dominicum esset convertendum, Apocal. 1. v. 10. Es. sponde nun mehr bald vnser der Christen Sonntag dem Sabbath der Jüden vorge-

*Nobilitas dies:
Dominica:*

vorgezogen werden/ weil an Christi Predigten vielmehr gelegen war/ als an den Herrn Wunderwerken. Et sane quis dignitatem ac præstantiam dici Dominica satis depraedare poterit & hoc die mundus creditur conditus: hoc die sic cis pedibus mare rubrum Israelitz pertransierunt: hoc die Manna primum de caelo pluit: hoc die Christus dicitur natus: hoc die stella Magis apparuit: hoc die baptizatus Christus: hoc die 5. panibus paucisque pisciculis 5000. hominum saturati: hoc die surrexit Christus: hoc die januis clausis apparuit discipulis: imo dies Dominica Chrysostomo dicitur: *Dies regalis, dies panis, dies lucis, Regina & Princeps omnium dierum*, Pelarg. in Damasc. I. 4. c. 24. p. 236. Ideoque quemadmodum Christus concionatus est ut plurimum die septimanæ primæ, hoc est, Dominicæ. Also sol auch vnser einige Sonntags Arbeit seyn/ zur Kirchen gehen/ Predigt hören/ vnd der Hochwürdigen Sacramenten Uns gebrauchen/ hoc pacto debito dies Dominica honore afficitur.

¶ II. Notetur, excellentes Christi conciones ut plurimum mox insequi miracula, quemadmodum hic concionem Christi parabolicam geminum sequitur miraculum, unum in mari & alterum in terra apud Gadarenorum obsecros editum Matth. 8. sicut nuper etiam percepimus, finita Domini concione montana & leprosum, & paralyticum Centurionis servum, esse curatos, causæ, cur hoc factum, aliquot ibi enarratæ sunt, & addi possunt sequentes, ut scilicet (1.) doctrina præmissa signis illis confirmaretur, ut (2.) illorum quæ in concionibus proposita praxis atque usus monstraretur, ut (3.) Christi probaretur divinitas, cuius *γνωστικαὶ* sunt, non tam conciones, quam miraculose operationes, Joh. 5. v. 36. 3. v. 2. Ut (4.) probaretur veritas Messiae, cui signa Prophetæ tribuerant, Esa. 35. v. 5. hinc discipulos Baptizatæ Dominus remittit ad miracula, Matth. 15. & Ministri Phariseorum ad miracula similiter provocant, Joh. 7. v. 31. Ut (5.) innueretur non spiritualia tantum sed & corporalia à Christo conferri nobis beneficia, hinc animabus concione aliqua insigni saturatis, corpus etiam vel pane, vel pisibus, vel sanitate replevit, &c. ¶ III. Notetur, insigni tempestate hic obrutos esse illos, qui devotè Christum audiverunt ad seram usque vesperam concionantem, quid ergo de illis fiet, qui concionibus sacris, vel raro vel nunquam intersunt? Si tales in severiore aliquam calamitatum tempestatem inciderint, quomodo eluctabuntur? Der heilige *Vetus Testam.* *tui non est sine cruce.* Liebe Gottesdienst bringet sein Kreuz mit sich. Sic audita concione

publicâ tempestas imminet Apostolis : Sic Maria & Joseph, finito pa-
schatos devotè celebrati festo, Christum amittunt, Luc. 2. Sic apud nos
Magdeburgi ingens exoriebatur incendium ipso die Dominico, à Ser-
vatoris Misericordia sic dicto , & quidem concionum vespertinarum
tempore, A.C. 1613. Eh/sagen die Weltkinder/ gehets beym Gottesdienst
so zu / so dkene Gott ein ander / solich noch viel Creuz vnd Verfolgung
dabey leiden/ verùm aliter fieri non potest, ut assiduam juventutis Scho-
lasticae institutionem practicum aliquod examen merito subsequitur, sic
etiam in Schola Spiritus Sancti quid tandem non tentatus vel scit vel
scivit unquam ? Syr. 34. vers. 10.

Ascendit in naviculam.] Locus miraculi secundum Lu-
cam fuit *mare Galilea*, distans Hierosolymis milliaribus 11. septentrio-
nem versus ita, ut ejus longitudine ad 3. millaria , latitudo vero ad unum se-
sse extenderet. Dicitur alias: *Lacus Genezareth* à regionis adjacentis
fertilitate; *Lacus Cinereth* à triangulari forma, vel à sonitu aquarum, Cy-
tharam quasi repräsentante, *Hatffen See*; ut & *mare Tyberiadis*, ab ur-
be in ripa hujus lacus sita insigniori. Alias notum est Christum huic
mari siccō pede inambulasse ad 30. Stadia [faste eine Deutsche Meile] Joha-
n. 6. v. 14. notum est discipulos in hoc lacu, ad Christi mandatum,
magnum conclusisse piscium copiam , Luc. 5. Joha. 21. notum in hoc
mari Petrum , etiam absque reti cepisse pescem , ex cuius ore Staterem
depromsit, Matth. 17. v. 27. Imò velin persecutionibus, vel in nimio
auditorum concursu, vel in devotissimis etiam meditationibus triplex
quasi ἀστίλον Christus habuit, MARE, scilicet, MONTES & DESERTUM.
Licet autem siccō pede hoc mare, ut ante, sic etiam hac vice transire po-
tuisse, noluit tamen, sed nactus est τὸ ἀστίλον, antiqua versio ponit di-
minutivum *Naviculam*, & videtur consentire. Marcus dicens, illas na-
ves quæ Christum secutæ, fuisse ἀστίλα Navigiola. Hæc itaque navis
procul dubio satis exigua fuit, ein Schifflein/ ein Maach/ ein Kahnlein/
ein Gündelein/ vel ad trajectionis vel ad punctionis usum ibi præsens.
Chemnitius Harmon. part. 3. pag. 414. putat tuisse *naviculam Petri* quam
ad tempus ille reliquerat, Matth. 4. v. 20. & quia rarissime eā ute batur,
hiabat, rimas jam agebat, & à ventis ferè videbatur concussa. Eā igi-
tur CHRISTUS utitur, ut [1.] humilitatem nobis commendet; ut [2.]
miraculum amplificet, siquidem tam exiguum navigiolum in tam ma-
gna tempestate non submergitur; ut [3.] Ecclesia statum delineet, Fi-
lii hu-

Illi hujus seculi navibus quasi onerariis vehuntur, sed Ecclesia non ita, navi pectoria est, grecus pusillus est, Luc. 12. populus contemptus est, Soph. 3. mulier calamitosa est, Isa. 54. immo lampas contempta est, Job. 12. v. 4. ut jam videbimus. ¶ Observa enim hic & Maris & Navis typum, de quo recte versiculi:

Mundus ut est Pelagus, sic est Ecclesia navis

Fluctuat, ast nonquam mergitur illa navis.

Utique Mare I. typus est MUNDI hujus immundi, qui ad modum marias fœtet & tumet, falsum & instabile est. Fœtet per luxuriam; tumet per superbiam; falsum est per amaritudinem; instabile est per vanitatem, & sicut in mari maiores pisces glutiunt minores, sic in hoc seculo fortiores devorant debiles. Ardens. II. Quatuor equidem navigia sunt, quibus Ecclesia pulchre depicta, ut (1.) Arca Noe, ad cuius similitudinem Ecclesia nocere queunt nec haerescon procellæ, nec tentationum venti, nec persecutionum fluctus, quia Dominus januam clausit, Gen. 7. Fiscella (2.) Moses scirpea, ad cuius similitudinem Ecclesia secuta est ab infernali illo Pharaone, Exod. 2. Clasis (3.) Salomonis, quæ vehit & continet non modo Christianos bonos aureos & argenteos, sed & hypocritas similes & pavonibus similes, 1. Reg. 10. Et tandem (4.) fracta Pauli Cymba, ad cuius similitudinem tota nunquam Ecclesia solvit, sed pars postica, & in illa qui penitentiam ad moris usque puppim differunt, hi ut plurimum pereunt, prora autem statimota cum animabus credentium omnibus, &c. Act. 27. Attamen hodierna Christi navis mersa quidem, sed tamen non submersa, tam accurate Ecclesiam depingit, ut meritò dicatur:

Mergitur interdum, sed non submergitur unquam:

Salvificum Christi servans Ecclesia verbum.

Conseritur autem Ecclesia navicula, I. in forma, cum exigua habuerit principia, ut prora navis acuminata est, medium latum est & per totum orbem diffusum, sub finem autem in quod non acumen raritatis ac paucitatis fidelium Ecclesia desinit? II. Ecclesia, ut navis, tendit à littore ad littus, certo loco non alligata. III. Pro pixide nautica habet verbum, Psal. 119. IV. Propellitur Spiritus S. aura, Joh. 14. V. Multabona vehit ac continet, DEI gratiam, Christi meritum, peccatorum remissionem, salutem & vitam eternam. VI. Viuetalia habet vitæ panem in Cœna, salutis aquam in Baptismo. VII. Adversantes habet Pyratas

Mare mundi &
navis Ecclesia.
typus.

Diabo-

Diabolos; *Balenes Tyrannos, Syrenes* hujus seculi filios, *Ventos & Procellas* hæreses, *Scopulos Scandala; arenas* scelerum multitudinem, &c.
 ¶ Observa Pontificios imagine Naviculæ multum quidem delectari, quando videlicet Romanam suam Ecclesiam ita depingunt, quod Naviculæ Petri sit Gubernator Christus, Nautæ Apostolorum Successores, *Malus Charitas, Vela* divina præcepta; *Sedilia Sacra*menta; *Prora justitia, Puppis religio; Sentina pœnitentia; Subura humilitas, Spes anchoræ; Fides cynosura; Ventus ferens Spiritus S.* Statio fidissima gratia; Portus vita æterna, Coton in insit. Cathol. Attamen ut naviculam jam descripsimus, ita certè Romana Ecclesia describi nunquam poterit, cum descriptioni superius positæ in omnibus contrarietur. *Contra 1.* dicunt Papistæ Ecclesiæ notam esse, non paucitatem vel raritatem, sed potius hominum multitudinem, amplitudinem & varietatem. *Contra 2.* statuunt Ecclesiam non liberè navigare, sed sedi Romanæ ita esse alligatam, ut qui Ecclesiam Romanam pro Catholica non agnoscat, simpliciter & sine omni controversia sit hæreticus. *Contra 3.* Verbi cynosuram Papistæ rejiciunt & planè pro nihilo habent. *Contra 4.* Spiritum S. alias pro ut vult spirantem & dona sua distribuentem, soli Pontificis scrinio includunt illumque pro unico Ecclesiæ catholicæ nauclero agnoscunt & Nauarcho. *Contra 5.* quam rancidas Ecclesia Romana mierces vehit, pro fide exponit dubium, pro Christi merito satisfactionem operum, pro remissione peccatorum per Christum partâ Papales indulgentias; pro indubia vita æterna spe infelix illud purgatorium, &c. *Contra 6.* non contenta est Ecclesia Romana cœnæ epulo & Baptismi lavacro, sed septem fingit Sacra menta, contra tentationum procellas nihil facientia. Tandem *7.* de tali sibi Ecclesia Papistæ gratulantur, in qua sit consensus catholicus, *nulla hæreses, nulla schismata, nulla contentiones*, sed una in unum Pontificem, Nauclerum illum si etum conspiratio, &c. Eant nunc Pontificii & dicant suam Ecclesiam vel Christi vel Petri navem esse, utique Satanæ pyrata est & Charontis navis. Papistas hoc malè habet, hinc obijcere nobis circa similitudinem Navis hæc solent: Visibilem (*1.*) esse oportere Ecclesiam, ut compareat ubi locorum in freto hujus mundi insignis hæc naviget ratis, omnibus ingrediunda; Evangelicos verò Ecclesiam finge re invisiblem. Ecclesiæ navem (*2.*) habere parvam initia & similem finem, medium verò amplissimum, ad quam formam Ecclesia Lutherana verè monstrum sit, cum glorietur de amplitudine tempore Apostolorum

ceu in

ceu in prora, cum intermediis aliquot seculis nescio quam vilitatem, exilitatem & obscuritatem sub Papatu prætendat, & nunc in ultimis seculis, tanquam in puppi, miram quandam amplitudinem crepet & latitudinem, quæ omnia ad formam navis nullo modo quadrent. Ecclesiam (3.) ut Christi navem, naufragium facere non posse, dicere autem Lutheranos Ecclesiam à mille annis naufragium fecisse gravissimum, cum loco Christi Navarchus habuerit Antichristum, sicq; Christum ab Antichristo ex navi sua exterminatum nos sing. re, & inanissime nostros consolari homines, quasi nunquam à Christo deserendi fint, cum tamen fateamur totis 10. seculis Ecclesiam à Christo desertam. Tandem (4.) illam veram esse Ecclesiam, quæ omnes fluctus supererat, nostram vero Ecclesiam esse papyraceum puerorum navigolum, per Calvinismum & alias sectas multoties disiectum & ferè non submersum, &c. Verum respondemus, i. Tam norunt Papistæ nos Ecclesiam statuere visibilem, quam quinq; suos digitos, norunt etiam probè ubi locorum in freto hujus mundi naviget illa, hinc Bellarm. in præfat. Tom. 1. controvers. dicit: *Quis ignorat pestem Lutheranam in Saxonia paulo ante exortam, mox Germaniam penè totam occupasse, inde ad Aquilonem & Orientem profectam Daniam, Galliam, Angliam, Scotiam, florentissima quondam regna brevi tempore populatam, ad extremum Alpes transciendisse & in Italiam usq; penetra, e? imò, quam feliciter navigarit hactenus Ecclesia Lutherana, his in præfat. Tom. 4. operum Bellarminus deplorat: Nova illa secta instar pestiferæ tabiæ sese per varias regiones effudit. Nam non contenta Occiduis & Aquilonaribus regnis, ad Orientem quoq; & Meridiem, ad Grecos, ad Indos, ad ipsum novum orbem navigare ausa est, &c. Nec superioribus seculis Ecclesia planè invisibilis fuit ante Lutherum, sed ubi cunq; sonuerunt textus Evangelici ex scriptura dcpromti, ibi vera navigavit tunc Ecclesia, in mediis etiam persecutionum procellis usque adeò visibilis, ut membra ejus bene multa Antichristo manifestè se opposuerint, unde etiam nominatim in Catalogo testimoniis veritatis annotata sunt. Alio autem respectu Ecclesiam dicimus invisibilem, respectu scil. Electorum, & verè fidelium Christianorum, tales enim in occulto sunt, Rom. 7. v. 28. ornatus illorum intus est, Psal. 45. v. 14. occultus homo cordis illorum est preciosus in conspectu Dei, i. Pet. 3. v. 4. nec regnum Dei observari potest, cum intus sit, Luc. 17. v. 20. confer historiam El'æ, i. Reg. 19. v. 18. II. In imagine navicula certa est regula: Theologiam allegoricam*

argumentativam non esse, nec opus, ut in similitudinibus singula membra applicentur, sufficit primarius ille *scopus* hujus picturæ, veram nempe Ecclesiam, ut Christi naviculam, persecutionum & calamitatum procellis semper esse expositam, sive *proram*, sive *ventrem* sive *puppim* respicias. Adhæc, falsum est Ecclesiam Lutheranam superioribus seculis usq; adeò tenuem & exilem fuisse, quam latè enim per universum Orbum patuit Evangelii prædicatio, Baptismi administratio, Catechetica institutio, &c. tam latè etiam tunc patebat vera Ecclesia, en tibi *ventrem* naviculæ Christi *satis amplum!* III. Aliud est moliri & aliud *exequi*, aliud *velle* & aliud *posse*, molitus quidem Antichristus est, ut Christum ex navicula deturbaret, sed non potuit. Unde firma manet nostrorum hominum consolatio, ut Ecclesiæ navis sub Antichristo mersa quidem, at non submersa vel à Deo deserta fuit, ita hodieq; Antichristi jugum ferre non est prorsus à Deo deserit, nec *naus frigium pati* (qua phrasí ipse Paulus utitur, i. Tim. i. v. 29.) est funditus perire vel interire, sed in mediis etiam fluctibus Deus suam adhuc servabit naviculam, nec inferorum portæ adversus eam prævalebunt, Matth. 16. Tandem I V. Licet Ecclesia nostra à Calvinianis, Papistis & aliis hæreticis pressa multoties sit, supprimi tamen non potuit, sed cum hæc navicula Domino fidat, *felici navigat unda*, omnes hactenus feliciter fluctus superans, Jesuitæ autem cum ipsi ex regnis aliquot ejecti sint & profligati, num propterea Ecclesia etiam Romana *navigolum erit Papyraceum?*

Et secutis sunt eum discipuli.] Qui magna fecit in terra, transfit ad mare, ut & ibi faciat excellentiora, sicq; ter. a mari q;g. Dominum cunctis fessè ostenderet, Orig. hom. 6. in diversi. ideo dixit discipulis: *Transeamus in ripam ulteriorem*, & sequebantur discipuli ac *navigiola alia*, Marc. 4. v. 36. Et si enim plebi Christus valedixerat, non tamen omnes ab eo volebant discendere, sed quidam alia apprehendentes *navigiola*, sequuntur Christum, quia quem toto die concionantem audiverant, eidem etiam silenti adhærere cupiunt, ut vel ex solo conspectu vel præsentia consolationem aliquam & spirituale gaudium hauriant, Sie können den herrlichen Geistreichen Prediger so nicht lassen. Contrariari autem Matthæo videtur Marcus, qui c. 4. v. 36. dicit Christum Discipulos in navim non suscepisse, sed potius à discipulis susceptum esse, *assumunt* (inquit) *eum*, & quidem ut erat in navi. Sed quod Marcus dicit *assumere*, hoc Lucas nominat *solvere* vel in altum ducere, v. 22. dicens. οντας, solverunt. Hæc

runt. Hæc itaq; Marci mens est: Non sumserunt discipuli Christum de littore in navim, sed postquam jam esset in cymba, sumserunt vel solverunt navim & duxerunt cum eo in altum, hinc Beza: Profecti sunt cum eo, ut erat in navi, quæ verba variam habent expositionem. Alii putant hic describi gestus vel dormientis vel ad concionandum sedentis Christi, ut sit sensus: sumserant eum & in altum duxerant Discipuli, prout in puppi jacebat, vel sedentera, prout antea ex navi populum docuerat: Alii putant hic describi navis conditionem, in quam Christus sit assumptus prout illa erat, sine ullo tapete, vel alio ornamento: Alii referunt ad Christum egenum, illum scilicet assumtum esse prout erat, prout ex domo accesserat, sine cibo, sine potu, sine ulla rerum ad iter necessiarum præparatione: Alii putant promtam ac celerem Discipulorum hic delineari obedientiam, qui ad littus non sint reversi, sed statim solverint & ad Christi mandatum in altum duxerint naviculam, antequam situm ille mutaret. Sed rem totam faciliorem reddit *Syrus*, qui ita habet: Reliquerunt turbas & acceperunt eum (ducentes scil. in altum) CV M esset in navi, h.e. non erat opus, ut jam demùm ascenderent navim, sed cum Dominus jam tum in navi esset, ad ejus mandatum statim solverunt & in altum duxerunt. ¶ Observa hic I. Laudabile exemplum Discipulo-
 rum & nonnullorum Christi auditorum, qui Dominum non modum per terras, sed & in Mare sequuntur intempestum, verè hoc laudabile
Etiam per mare Christum sequamur.

est, Wir müssen des Herrn Christi Nachfolger seyn / nicht allein vff im trockenen sondern auch in der Nässe/ nicht allein im guten / sondern auch im bösen Wetter/nicht allein zur Zeit des Glücks/ sondern auch des Unglücks/ & cur hoc non? annon consolatione plenum quod Christus primò navim ingreditur, ceu Dux afflictionum nostrarum, quas ipse expertus, Heb. 2. annon consolatione plenum, quod Christus afflictionibus nostris præsens est, præsente autem hoc Domino tuti utiq; erimus, quemadmodum Julius Cæsar, exortâ tempestate, suo dicebat Na-
 varcho: *Confide Fortuna nauta, Iulus est in navi*, quantò magis: *Confide grex pusille, Christus est in navi*: Antiochiae terræ motus illis pepercit adibus, quibus erat adscriptum. *Iesu nobiscum state*; idem de Ecclesia dicere possumus: si Deus pro nobis, Rom. 8. non timeo, Dominus mecum, Psal. 23. ne timeas, tecum sum, Esa. 43. v. 9. ut murus igneus habito in medio tui, Zach. 9. v. 10. Ego sum vobiscum, Matth. 28. in medio sum,
 Matth. 18.

Paulinus.

Sicubi Christus adest nobis, vel aranea murus,
Sicubi Christus abest, vel murus aranea ficit.

Cur in navigium duxit Christus discipulos.

Observa II. Cur Christus discipulos suos duxerit in navigium factum hoc, ut (1.) navigia honesta & necessaria confirmarentur. Evidem Poëtis videtur robur & as triplex circa pectus habuisse is, qui primum naving ingressus est (Horat. l. 1. od. 3.) & prope tam lethum quam propè vidit aquam, Ovid. l. 3. amor. unde alius ridet illos, qui ventis animam committant, dolato confisi ligno, digitisq. à morte remosi quatuor aut septem si sit latissima tada, Juven. 2. Satyr. sed Christus ad restim & navale suos ducit, ut doceat, licitas esse & concessas necessarias navigationes, Nötige Schiffahrten haben Gott selbst zum Stifter / Gen. 6. Christum aber zum Credensher vnd Einweisher / faciunt enim naves ad tecum familiarem augendam, Syr. 14. ad potentiam Dei prædicandam, Psal. 107. Syr. 43. ad omnem mundi plagam adeundam, Sap. 14. v. 5. Und kan deinnach ein frommer Schiffmann aussim Wasser / nach Gottes Willen ja so selig sterben / als ein ander daheim in seinem Hauß. Ad Navale (2.) Christus suos duxit, ut instans negotium redemptionis pulchre hac navigatione depingeretur. *Dum illi navigant* (inquit Glossa Ordin. atranox h.e. passionis hora, imminet: obdormit in navicula Dominus h. e. in cruce moritur: *Oritur tempestas hic in unda, ibi vero in trepidanti Apostolorum pectori*, unde januis clausis se muniunt: *Suscitauit eum discipuli*, dum visâ morte resurrectionem querunt & eo soproptio se perituros timent: *Suscitatus interepat hic Mare*, ibi autem exiguae fidei fluctuantes procellas, dicens, *O stulti & tardi ad credendum: Compescit ventum*, h. e. Diaboli superbiam, & mare, h. e. seculi æstum ac populi Judaici rabiem: *tandem magna serenitas hic sequitur*, ibi vero gavisi sunt discipuli viso Domino, qui dicebat: *Pax vobis*, &c. Ad restim (3.) ducere suos voluit Christus, ut conditio regni sui delinearetur. Non enim hic mundi Athleta (ita Apostolos Emissenus nominat) ducuntur in palatium regium, vel munitam aliquam civitatem, ubi Domini mundi constitui possent, sed in naviculam, quæ eos omnibus mundi præsidiis planè destituit. Usque adeò Christi regnum non est de hoc mundo, cuius gloria *ceu marina navis* transit, nec vestigium linquit in unda, Sap. 5. In navigium (4.) suos CHRISTUS duxit, ut molestia muneris apostolici describeretur. Qui enim ad Ministerium vocatur, ad restim quasi & remos ducitur, unde Paulus Doctores nominat ὑπηρέτας τοῦ Χριστοῦ, Christi remiges, i. Corinth. 4. v. 1. ô quantus-

quantus Nautarum labor est, utpote tam hyberno quam aestivo, tam nocturno quam diurno, tam intempesto quam sereno tempore exantlandus! pari modo, ut fidelis Doctor Ecclesiae navim feliciter propellat, ut remigio vita & doctrinae prudenter dirigat, ut exoneret partim malorum nequitiam severa legas concione, partim etiam peccatorum tristitiam Evangelica consolatione, ut replete eam fidei, dilectionis, spei, patientiae, constantiae & aliarum virtutum egregiis mercibus, imo ut aestum & frigus, odium, temerarium judicium, crucis jugum, &c. sustineat, hic labor hoc opus est, da wird dem Geisslichen Schiffmann manch sauer Wind vnter die Naß stossen. Ducere (5.) in navigium suos Christus voluit, ut omnis superbia in ipsis retunderetur. Ne enim magnum quid fibi arrogarent, quod Dominus alias misericordia ipsos solos secum retineret, permittit, ut in tempestatem incident, & postmodum in ferendis adversis sint eò fortiores, nam ad reliqua signa turbas quoque admittebat, ubi vero ad signa timor & tremor imminebat, eos solos recipiebat, quos ad praedicationem & pericula erat missurus, Chrysoft. hom. 29. in Matth. Ad Navale (6.) suos duxit Christus, ut ab AntiChristo ipse discerneretur, hic enim est qui suos ad divitias, opimas praebendas & mundi hujus voluptates dicit, cum Christus suos ducat per angusta ad augusta, Matth. 7. v. 14. mirabiliter ducit sanctos suos, Psal. 4. per ignem & aquam eos educit, Psal. 66.

Et ecce motus magnus factus est.] Insignem hinc describit tempestatem certum est ex multis, indicat enim hoc (1.) tempus quod nocturnum erat sive serum diei, Marc. 4. v. 35. noctu autem cum omnia silent, mare vehementius mugit, ventus horribilis rugit, Und ist ohne das die Nacht niemandes Freunde/huc itaq; referri posset quærela Apostoli: cum neg. sol, neg. luna, neg. sydera comparebant, ablata erat omnis spes nostra salutis, Actor. 27. v. 20. Innuit (2.) hujus tempestatis magnitudinem Locus, qui est lacus medius. Hora enim 9. h. e. juxta Chemnit. nostrâ tertâ pomeridianâ navem Christus conscendit, feliciq; aurâ & unda proiectus est ad seram usq; vesperam, ubi procul dubio maris Galilæi medium attigerant, denn der ganze See eine Meile weges breit gewesen. Prodit (3.) hujus infortunii vehementiam particula qua apud Matth. est attentionis: dicitur, Ecce, innuens malum hoc præter omnem expectationem accidisse. Cum enim discipuli ingredierentur navim & ex littore eam solverent, tunc mare placatum, placidum & tranquillum fuit, mali nihil minitans, sed ubi in altum vecti, Ecce, ibi mare intu-

mescit & ex improviso tempestatem parturit à nemine expectatam,
 Unverschens vnd unvermuster wiß alles zu Sumpff / Drümmern vnd
 Boden gehen. Ostendit (4.) tempestatem hanc satis terribilem
 vox στερμᾶς, notans talem commotionem, que fit in terra motu, unde ad-
 ditur epitheton: μέγας, succusso magna. Probat (5.) hujus tempestatis
 sc̄vitiam illa λαξαρψ cuius Marci 4. v. 37. his mentio fit: Oriebatur turbo
 magnus, qui navim periculosissem rotavit, raptavit & in gyrum duxit
 ita, ut nullus remigii usus esse poterat. Λαξαρψ est imber cum turbine, Es
 war ein reissender schmeißender Sturm / ein Windwürbel / wovon alles
 durch einander gedrehet vnd gewehet. Demonstrat (6.) tempestatis hu-
 jus vehementiam, quod navis fluctibus repletur, vel ut Syrus in Marco:
 prop̄ repletur, in Luca dicit Syrus: prop̄ erat, ut navis mergeretur. Matth.
 habet verbum καλύπτει, quod est tegi, abscondi, involvi, operiri, Es ward
 daß Schifflein mit Wasser verhüllt / verwickelt vnd vnter den Bügeln
 fast unsichtbar. In Marco habetur vox γεμιζει, h. e. aquis marinis ita
 ad summum compleri, sicut hydriæ in Canæ nuptijs ita complebantur γε-
 μιοντε καὶ γεμιοντε, Joh. 2. v. 7. ubi simul notandum, quod in Luca per
 catachresin dicitur, Apostolos esse completos aquâ, cum tale quid non
 discipulis, sed navi contigerit, man wolte denn sagen / sie weren Pfütze-
 naß worden / vnd hetten keinen trockenen Fadem am Leib behalten / weil
 sie die Wasserwogen heufig vberschüttet. Tandem (7.) insignem hic de-
 pingi Miseriam, Apostolorum innuit lamentum. Nam licet Petrus ejusq;
 socii ante hæc tempora arte usi sint piscatoria in hoc ipso stagno, sci-
 antq; tempestatum non inexperti, uno vel altero fluctu navim non
 statim mergi, sed peritos nautas facile eluctari posse, hic tamen omni-
 nō desperant non unus vel alter, sed omnes, magno clamore ter repe-
 tentes suum illud ἀπόλυτον, non in futuro, peribimus, sed in præsentis:
 perimus, perimus, certò perimus, Daß Gott im Himmel erbarm / wir sehen
 den bittern Todt für Augen. Quæritur autem, unde hæc orta tempestas
 & cui adscribenda? Venerabilis Beda (1.) & Ambrosius in c. 5. Lucæ
 culpam tantorum fluctuum rejiciunt in Iudam proditorem, quem ipsa
 etiam unda voluerit respuere, Quod si ita esset, ut certè Gloss. Or-
 din. addit: Meritò turbatur navis, in qua proditor est cum bonis, & qui per se
 firmi fuerant, ob alium turbantur, tunc sanè locus sit tagendi de pravo fu-
 giendo sodalitio. Denn das Kinderleben ist gewiß / cum bonis ambula;
 cum bonis bona navigatio, Mit frommen Leuten ist zu reisen vnd über Meer
 fahren;

fahren, qui autem cum aliquo vel Jona vel Juda navim ingreditur, is fine dubio periclitatur, juxta illud Hesiodi:

*Sæpe urbs tota luit scelerati criminis civis
Qui facit eterno non toleranda Iovi.*

Alii (2.) hanc tempestatem assignant Diabolo, qui illam excitarit, & credibile hoc est, quia Job maris æstum Satanæ adscribit, Job. 41. vers. 22. videntur etiam hoc ipsum innuere discipuli ipsi, quando dicunt: ἀπόλυτος θάνατος, ubi Syrus verbo Ἀβάδιος, Abad utitur, unde Diabolus angelus ille abyssi nomen habet geminum & dicitur: Apollyon & Abaddon. Apoc. 9. v. 11. Der ist ohn zweifel in diesem Spiel Meister gewesen. Videtur idem innuerelocus, regio scil. Gergesenorum vicina, quam adibat Dominus ad regnum Diaboli ibi deltruendum. *Hec tempestas non fuit ejus generis, ut ex causis merè naturalibus existeret, sed admissa sit se haud dubie Satanas, princeps aeris (Eph. 6.) is ventos ciebat, ut hanc sibi invisam infestamque naviculam everteret, & si fieri posset, suffocaret mundi redemptorem una cum sanctis Apostolis, Hunn. in cap. Matth.* Es war ein Spiegeltheater der bösen Geister / welche den Braten von fern rochen / daß Christus ankeme / ihr Nest zuverstören / darumb stürmen / wehen vnd gießen sie von allen Seiten zu / als wenns eitel Teuffel geregnet hette. Hic enim Satanæ mos est, wenn Gott sein Wort in einem Land pflanzen wil / so lege sich der Teuffel mit aller Macht dawider / hindert vnd wehret / dominert vnd blyzet / könnte er Himmel vnd Erden in ein haussen werffen / er ließ es nicht / Saccus. Sed bene habet, Diabolus contra filios Dei tempestatem movere solet, sed ipse naufragium facit, non ipsi, Ambros. in cap. 6. ad Ephes. Rectius itaque (3.) *hæc tempestas adscribitur ipsi Christo, de quo Origen. Tempestas non ex se orta est, sed porestat paruit imperantis ejus, qui educit ventos de thesauris suis,* Jerem. 10. v. 13. Et Gloss. Ordin. dicit: Christi imperio orta est tempestas, ut discipuli magis timeant ac orent, & rogantibus ipse ostendat potentiam; Sic etiam in Jonæ naufragio dicitur, Dominum mississe ventum in mare, in Heb. Σίων Hettol, protelavit, projectit, tanquam ex alto præcipitavit, Es ließ sich ansehen / als wenn Gott vom Himmel den Wind außs Meer geworffen hette idem hic factum. ¶ Observetur ergo, I. quis propriè Verus autor
tempestatis. ventos excitare possit & tempestates? Non certè Mercurius, quem Ptolomæus περὶ μετεώρων dicit, nec Aeolus de cuius aperto antro dicit Poeta: quā data portarunt & terras turbine persulant, nec Sagæ & Veneficæ, de qui-

de quibus Petrus Binsfeldt Theol. D. Papist. in Tract. de Confess. malefic. & Sagarum p. 249. magnā severitate asserit, quod possint tempestates mouere, ventos, pluvias, tonitrua, grandinem, pruinam, aliaque meteora producere, atque sic efficere sterilitatem. Sed sciendum lamias hoc non posse, nec ratione *sui*, nec ratione *Instrumenti*, nec ratione *Magistri*. Ratione *sui* homines sunt, quorum in cœlum nulla potestas, immo animalia sunt decrepitæ, gemeinlich alte/krumme/lahme Betteln/die faulen einen Floch haschen können / qui tales cièrent tempestates? Ratione instrumenti Sagæ utuntur herbis, verbis & lapidibus, quorum quidem magna vis est in sano usu, sed si vel maximè benefica arenâ se aspergat, si vel maximè demurmuret *Buſtos marchim, Parchiman, hichil, nyx, matelle, almuthen, bax, parelle, &c.* talistamen sine mente sonus nihil nocebit. Tandem ratione Magistri, et si Satanus mille artifex est, ventos tamen, qui substantia sunt, diabolus nec creare, nec generare potest, quia generare substantias *soli* Naturæ, creare autem *soli* Dei est. Interim tempestates, ut spiritus sagacissimus, ex naturalibus causis præscire potest, vapores, ut aeris princeps, compellere potest, adeoq; tempestates quodammodo augere & promovere, ut ex historia Jobi notum, *Sed D E O permittente & Fiat quasi subscriptente*, alias nec pilum de nostro capite tollere, nec porcum submergere potest, Matth. 8. & 10. Ist also Gott vom Himmel der rechte Wettermacher / producens ventos ex thesauris suis, Psal. 135. v. 6. videantur assertiones similcs, Psal. 106. v. 29. 139. v. 9. Esa. 51. v. 10. 44. v. 27. Jerem. 5. v. 22. Job. 9. v. 26. Hunc itaq; Dominum adeamus & commodam aeris temperiem ex 4. Petitione ab ipso postulamus & sequentur omnia fausta, Es werden folgen die zwölfnächtigen Wachswinde/die favorii vnd dawende Frühlingswinde / die etesie vnd kühlen Lüftiwinde / die trockenden Döswinde/breviter: lauter Gnadenwinde vnd *Pater noster* Wetter / ut Lutherus dicere solitus est. ¶ II.

Qui cum Christo navigant, calamitates non effugient.

Observetur hic conditio illorum, qui cum Christo navem ingreduntur, tales procellæ & tempestates inauditæ certò expectant. Christi discipuli antehac in eodem mari piscaturam exercuere suā absq; periculo, jam verò quam primum Christi navem condescendunt, operiuntur fluctibus: Sic Abramus in idolatria patriæ benè habet, in religione autem Israélitarum verò malè, Gen. 12. v. 1. Sic Moses in aula Pharaonis laute vivit, in fide Israélitica miserias patitur, Exod. 2. v. 15. Sic Paulus Pharisæus in mundo floret, in navi Christi & functione Apostolica perse-

persecutiones habet, mundiq; καὶ ἡ οἰκουμένη est ac θεῖ φῆμος, i. Cor. 4. v. 12. Breviter, ubi Christus Ecclesia navim, mare hujus seculi transfretaturus, ascen-
 dit, gentium flabra, Iudeorum turbines, persecutorum procella, vulgi nubes, dæ-
 monum nebula, sic ruerunt, ut fieret una potestas: Regum sumabant undæ, fer-
 vebant potestatum fluctus, sonabat rabies traditorum, populorum gurgites rota-
 bantur, perfidia videbantur scopuli, mugiebant littora Christiana, lapsorum nau-
 fragia vexabantur & erat totius mundi unum discriminem, unumq; naufragium,
 Pet. Chrysol. Serm. 20. Et verè hæc conditio omnium est, qui cum
 Christo navim condescendunt; Eat proinde Bellarminus & l. 4. de Eccl. c.
 6. dicat tempore ac externam felicitatem veram veræ Ecclesiæ notam
 esse, cur ergo fluctuanti hæc confertur navicula? cur columba solitaria in
 rupibus habitanti, Cant. 2. v. 14? Cur domui ventorum & pluviarum impe-
 tum sustinenti, Matth. 7. ideoq; mihi fili Deo servire paratus, sis etiam pa-
 ratus tolerare crucem, Syr. 2. quia per multas tribulationes, per varios
 casus, per tot discrimina rerum tendimus in cœli patriam, &c. i. Tim. 2.
 Actor. 14. ¶ Observa III. quænam sit illa lælaps Ecclesiæ navicu-
 lam tantoper rotans & raptans? equidem Eccius in Post. super hod.
 Evang. dicit: Es ist ein vngestümer Wind wider das Schifflein Christi
 aufgestanden von Aquilon oder Mitternacht durch den Luther / damit
 des Jeremia Spruch einen Fürgang hette: Von Mitternacht wird of-
 fenbahr alles Übel. Sed quæ comparatio est Lutheri cum aquilonari Venti Ecclesia
 vento? dicimus proinde ventos Ecclesiæ navim quatientes esse i. fal- navim rotantes
 sam doctrinam in Ecclesiastico, Bella in politico, tribulaciones varias in & raptantes.
 OEconomico statu. In Ecclesia non semper ridet Apollo, sed oppu-
 gnat illam, jam tempestas seductionis heretica, surgent Pseudoprophetæ
 & Pseudochristi, Matth. 24. oportet hæreses inter vos esse, i. Cor. 11.
 jam tempestas persecutionis tyrannica, convenient reges & terræ principes
 consultant, Psal. 2. v. 2. jam tempestas temptationis Diabolica, adversarius
 noster ut leo circumit, i. Pet. 5. cupit nos cribrare, Luc. 22. jam tempestas
 elusionis mundane, stulti sumus propter Christum, i. Cor. 4. &c. Vel,
 quatuor sunt venti Cardinales: Eurus, Auster, Zephyrus, Aquilo, Eurus
 Orientalis est, Auster Meridionalis, Zephyrus Occidentalis, Aquilo Septen-
 trionalis, Eurus calidus est & siccus, Auster calidus & humidus, Zephy-
 rus frigidus & humidus, Aquilo frigidus & siccus, Aristot. l. 2. Meteor.
 c. 6. Infestant itaq; Ecclesiæ navim i. Eurus Orientalis h. e. Turca & alii
 Tyranni, calidi sanè, vi ac potentia penetrantes, der Ostwindt ist ein

Tyrannischer Mord Teuffel. 2. Außer Meridionalis est colluvies Hæretorum, ventis doctrinarum variis (Ephes. 4. v. 14.) ceu veneno hominum animas inficientium, der Sud Windt ist ein schädlicher Kœrper Teuffel. Aquilo 3. Septentrionalis est societas Gnatonom, susurrorum ac falsorum fratum, ut enim aquilo sua naturâ urit & secat, sic & calidæ hæ vulpeculae linguas habent butyro quidem molliores, at quavis novacula acutiores, Psal. 52. v. 4. 55. v. 24. Der Nordwindt ist ein verschlagener Heuchel Teuffel in den falschen Brüdern. 4. Zephyrus verò Occidental is est Epicuræorum grec & sex, ut enim Zephyrus humidus est, sic & tales nil nisi genio indulgere possunt, Der West Wind ist ein Epicuri scher Sâw Teuffel / welcher naß vnd feucht macht / nasse Brüder vnd feuchte Herzen / worin die Liebe bald erkaltet / Matth. 24. Hi venti porrò varias excitant procellas, hunc procella vexat media, cogitur in vera religione parcè vivere, cum extra Ecclesiam multi abundant: hunc procella manis quatit gloria, quæ multos ambitionis ex navicula Ecclesiæ in perditionis mare dedit præcipites: hunc procella perfidie, si ab amicis & agnatis propter religionem odio habeatur: hunc procella mortis & miseriae, &c. Usque adeò abyssus abyssum invocat, quia nec mare fluctibus nec vita nostra carere potest temptationibus, Bernh. in Parab. de Christo & Ecclesia.

Ipse verò dormiebat.] In Matthæo & Marco est verbum καθένδω, sed Lucas habet ἀφύπνωσε, eodem quidem sensu, sed verbum tamen ἀφύπνει εμφατικότερο est, ut significet Evangelista Dominum profundiore somno oppressum, sicut clamor discipulorum ingeminatus, Præceptor, Præceptor, perimus, perimus, arguit. Idem de Jona legitimus c. i. descendit ille ad interiora navis & dormit sopore magno, Lxx. habent: καὶ ἐργάχε, roncho nare dormiebat, er schliefß daß er schnarchte / significat, enim σύρε Nirdam profundo somno sopitum esse: idem Christo hic accidit, der liebe HErr schläfft im wanckenden Schleien gar sanft/gleich wie die Kinder am allersüßesten schlaffen / wenn sie in der Wiege wogerrüttelt vnd geschüttelt werden. Addit autem Marcus ipsum dormisse in navis puppi super cervical, οὗ τὴν περιπολην, adeoq; in illa navis parte jacet Dominus, ubi Apostoli remigare debebant & ubi erat clavus sive gubernaculum: Sic non raro nobis videtur, orituram tranquillitatem, si modo Dominus removeretur, wenn nur Christus nicht im Weg lege/ si ipsius

si ipsius verbum non nihil seponeretur, si adversariis in uno vel altero fidei articulo aliquid largiremur, &c. in talibus deliberationibus consultatur de removendo & seponendo Christo, Wenn nur Christus mit seiner Einsetzung ein wenig beiseits weichen wolte / statim esset pax inter Calvinianos & Lutheranos, sed hic consentire non possumus, siquidem inobediens Jonas è navicula removendus, non autem Christus. Sed unde cervical cui Christus incubuit? ascendit enim Dominus in navim, teste Marco, ut erat, sine ulla aliqua præparatione, unde ergo cervical. Theophil. putat, per cervicali intelligi lignum, quod in navis cùjusq; puppi reperiatur, unde Papistæ disputant hic de castigatione corporis, ut jam audiemus, sed credibile est, adfuisse aliquam culcitram, licet levidensem. ¶ Observa itaq; hic, I. quid deceat gratos discipulos? requiem scilicet fidis Ecclesiæ & Scholarum Doctoribus non invidere. Denn es sind ja die lieben Apostel recht dancbare Schüler und Zuhörer, sie legen jhrem münden Prediger ein weiches Polster zum Håupten/nocturna ergo requies Doctoribus non est invidenda, quia: dormit securè, cui non est concio cura.

Der kan wol schlaffen bis an den Morgen!

Wer nicht darff für die Eankel sorgen.

Requies Ecclesiæ Doctoribus non invidenda.

Et quod Parmenio ille, de rege Ptolomæo, Atheniensium legatis dicebat, hoc de fidis Ecclesiæ ministris etiam verum est: *Simite ipsos paulisper dormire, nam vobis dormientibus ipsi vigilarunt*, Heb. 13. Sed quoties Doctorum requies nocturnis debacchatonibus, clamoribus & actionibus, tūm in Academiis, tūm alibi turbatur? accidit idem Lotho, Genes. 19. Discipuli itaq; honesti & auditores grati aliter suos tractabunt Magistros & animarum pastores, pulvinar ipsis supponent idq; quadrangulare, h.e. *Precum diligentiam*, Rom. 15. Eph. 6. 2. Thes. 3. *Obedientiam*, Matt. 23. Luc. 10. Heb. 13. *Reverentiam*, Syr. 7. 1. Thes. 5. *Castigationis tolerantiam*, Psal. 141. &c. ¶ Observa II. jucundas causas, an & cur verè Christus dormivit? Evidem *αὐθεντοπαθῶς* Deo in Scripturis tribuitur somnus, Psal. 44. v. 24. Jerem. 31. v. 26. Sed Christus verè hic sopitus est, Ut (1.) monstraret se verum esse hominem, hinc ut esurivit, Matth. 4. ut sitivit, Joh. 19. ut defatigatus est, Joh. 4. ut contritatus est, Matth. 26. ut lachrymatus est, Luc. 19. Sic hoc loco dormit ut *veritas humana naturæ in eo ostendatur*, Lyra. *Obdormivit corporaliter ut Homo*, Glos. Interlin. *quod in somnum solvit hominem persuadet hominibus*, quem non consumit,

Cur Christus dormierit.

sed assumisit, August. Ep. 3. p. 10. Dormit Dominus & mox hereticus somni ansam accipit, Apollinaris, Arius, Eunomius, &c. contra unigenitum sic armantur: Vides quod Deus non sit, qui dormit! vides quod dormitans cum Deo Patre ejusdem naturae non sit, is enim nunquam dormit! sed & reipsa mari agrestiores & pisibus indoctiores, in quos profecto convenit Domini increpatio: Tace, obmutesce; quod enim dormit humanitas est, quod vero mari imperat divinitatis, dormiebat corpore, vigilabat Deitate, verum enim corpus portabat, passibile vere induerat, Basil. Sel. Orat. 22. p. 205. Dormivit (2.) Christus, ut suam securitatem mentisq; admirandam tranquillitatem ostenderet, ideo trepidantibus & clamantibus omnibus, solus ille quiescit placide, utiq; generosum & tranquillissimum pectus (ita nominat Ambros. in c. 8. Luc.) quod cum psalte dicit: In pace dormio & requiesco, quia tu Domine singulariter in spe constitui me, Psal. 4. v. 10. Dormit (3.) Christus ut Apostolos ad preces eō ardenter instiget. Si enim praesens periculum vidisset, non tantā devotione esset invocatus, dormit ergo, ut Apostolos suscitatet faceret q; vigilare, & jucundum somnum, quod fidem dormit antem in media mari tempestate excitabat! Basil. d. l. Si dormit in nobis Dominus, h. e. fides Domini qua preces non fundit, tunc oritur tempestas: Si vero fides resurgit piis vacans precibus, tunc evigilat Dominus ventis imperans & fluctibus. Dormit (4.) Christus, ut ostendat, se requiem hominibus non invidere, cum certum sit tritum illud: quod caret alternā requie, durabile non est. Quā ergo Monachorum hypocrisia est, quod Christus suaviter in cervicali dormit, illi vero partim noctū surgunt aliquoties, & semiebrii preculas oscitando demurmurant, partim vero grande nefas ducunt utile cisternis, hinc super hod. Evang. multis agunt de Christi chameuniā vel humicubatione, quod scil. in vestibus Dominus jacuerit, quod humili sapè dormierit, ut patrem noctū commodius deprecaretur, commendant Chrysostomum, qui stans dormierit, mento funi imposito, Item Ioannem quendam Eleemosynarium, qui donatum stragulum ter vendiderit, Coster. in Conc. p. 385. Sed Pharisaica hæc sunt, cum Josephus l. 2. Antiq. c. 18. de Pharisaïs referat, quod incubuerint, alii spinis & tribulis, alii silicibus, alii vero asperi admodum angusto, in quo ubi Pharisaëus dormiens vertere se voluit, in terram prolapsus, ad preces excitatus est. Non ita Christus, in cervicali dormit, quia carnis habenda ratio est, attamen non ad cupiditates expéndas, Roman. 13. v. 24. Tandem (5.) dormit Christus, ut depingat moram & morem suum. Aliquis enim semper vigilat, Beatis scil. in cœlo: aliquibus semper dormit,

Damna-

Damnatis in inferno : aliquibus autem jam dormit, jam vigilat, h. c. piis hominibus, vigilat cum nobis auxiliator succurrit, dormire videtur, cum bonus tentator affligi nos permittit, dormitio enim Christi, dilatatio est auxilii, tunc verò in Ecclesia Christus vigilat, cum eam liberat, dicitur dormitare, quando differt liberare, Rud. Ardens. Testantur itaq; de somno Christi Israelitæ in Aegypto, in captivitate Babylonica, in expectatione adventus Messie, imo de somno Christi agunt Josephi carcer, Mosis exilium, Jobi ulcera, Davidis fuga, Joannis vincula, &c. Der HErr hat geschlossen Nox Meynung nach ein ganzes Jahr/nach Meynung der Jüdischen Kirchen in Egyptischer Dienstbarkeit ganzer 350. Jahr. Zur Zeit Babylonischer Gefängniß war der liebe HErr gleichsam ein Siebenschläffer / Er blieb mit gnädiger Hülff aus ganzer 70. Jahr. Mit des HErrn Messie Verheissung verzog sichs auff 4000. Jahr. Sic Josepho Dominus visus est dormire, annis 3. Jobo annis 7. Davidi annis 10. &c. Sed bene habet, apparet somnus est non verus, Psal. 121. v. 4. unde impii dormienti Christo non nimis insultent, dormit enim ut leo, apertis semper oculis, mox evigilaturus, dormio ego, sed cor meum vigilat, Cantic. 5. Unde rectissime Ecclesia: illis Deus nomen tuum, velamen ut est criminum, sic mox evigilabis, O Gott der thewre Name dein / muß ihrer Schalckheit Deckel seyn/ du wirst einmal aufzawachen. En tibi causas dormitionis Christi vere jucundas, quarum unaquaquam; peculiarem locum communem, discreto concionatori, poterit suppeditare.

Et suscitaverunt eum discipuli.] Omnia emphatica, suscitatur enim Dominus, (1.) non voce tantum, id quod in exigua nave facile fieri poterat, sed manibus discipulorum, qui accesserunt & excitarunt eum, Sic haben ihn gerüttelt und geschüttelt / quemadmodum idem legitur de Navareho Jonz, quod scil. eum accesserit, dicens : Tu quid sopore deprimeris? surge. Notandus (2.) hic est trinus clamor discipulorum, qui in Matthæo dicunt: DOMINE serva (Syr. libera) nos, perimus! in Luca: Preceptor, Preceptor, perimus! in Marco: Preceptor non est tibi cura quod perimus? quid autem trino hoc clamore aliud inculcatur, quam precum constantia, ubi petendum, querendum, pulsandum, Matth. 7. sic Apostoli apud Matthæum petunt, in Luca querunt, in Marco pulsant, cur ergo non acciperent, invenirent, exaudirentur? Rectè (3.) faciunt Apostoli, quod exortâ tempestate non prosiliunt in mare, ausu temerario experturi, an enatare possint, hac enim in arte licet probè essent

exercitati, cum primis Petrus, Joh. 21. v. 7. hic tamen in navi manent, sic
 warten auf / quia amans periculum perit in eo, Syr. 3. Laudandum (4.)
 omnino est, quod Apostoli in hoc periculo acclamant, non gentilium
 more, vel *Æolum*, vel *Neptunum*, vel *Castora & Pollucem*, nec more Papi-
 stico, aut *Noam* in diluvio servatum, aut *Mosæ* ex Nilo liberatum, aut
Iosuam per Jordanum Israelitas ducentem, aut *Eliam* pallio aquas divi-
 dentem, aut *Ionam* in piscis ventre per triduum viventem, sicut Roma-
 nenses suum vel *Nicolaum*, vel *Christophorum*, vel *Barbaram*, vel *Mariam*,
 vel alium quempiam Sanctum, ne nomine quidem notum, cuius tem-
 pli culmen procul vident, solent in naufragii periculo invocare, sed
 Christum accedunt & invocant, juxta illud: Invoca me in die tribula-
 tionis & ego eripiam te, Psal. 50. Jucundi (5.) sunt tituli, quos hic Christo
 discipuli assignant. Vocant eum διδάσκαλον ἡπιστάτην, quæ vox
 apud Lucam ingeminatur, & significat propriè alicujus rei Θημελήτην
 sive Curatorem eumq; sedulum ac diligentem, hinc dicuntur Θησάραι
 τωμένων, curatores gregis, Θησάραι γυμνασίων, Gymnasiorum curato-
 res, imo Θησάραι apud Suidam dicuntur reipublicæ præfecti, respon-
 detq; hæc vox Hebreo ρῆπ. Pakid quod alicujus rei administratorem si-
 gnificat, 2. Reg. ult. v. 19. est itaq; sensus: quis curator clientem suum
 pessum dicit? imo quis præceptor discipulos colligit, ut eos submer-
 gagat? Adhæc Christum vocant κύρον DOMINUM omnipotentem,
 cuius imperio omnia subsint. Syrus habet verbum מֶרֶח Marah, quod
 quidem Dominum significat, sed ut plurimum cum appositione ali-
 quâ, ut *Marah* gitim, Dominus pecorum, Amos. 1. v. 1. *Marah Ahimah*
 Dominus mundi, &c. hic autem absolute ponitur & sine ulla, quod
 notandum, appositione, qui i DE I potestas vere absoluta est, quomo-
 do ergo talis Dominus suos non juvaret servulos? accedit vox fidei
 plena: *Noster*, quam Syrus in omnibus Evangelistis addit, quasi dice-
 rent: *Omnis nostra exhausta est industria, manus ad opem ferendam comperiun-
 tur inutiles, artis imbecillitatem arguit vis tempestatis, tu autem nobis salutis
 spes, Tu Dominus noster, tu pater noster, tu redemptor noster, à seculis hoc nomen
 tuum,* (Esa. 64. v. 16.) Basil. Selecic. Orat. 22. p. 207. ¶ Observa itaque
 hic, quomodo fidei naufragium (1. Tim. 1. v. 29.) effugere nos valea-
 mus? Granatensis in Epit. hic varia ponit media, si videlicet fortes pec-
 catianimæ navicularum aggravantes ejiciantur, per auricularis confessio-
 nis fi-

Quomodo nau-
 fragium spiri-
 suale posse evi-
 vari.

nis fictum Sacramentum: si bonum adsit gluten & bitumen, quod militantem & triumphantem Ecclesiam ita conjungat, ut Sancti diligenter pro nobis intercedant: si adsit malum charitatis, velum sanctorum desideriorum & funes ceterarum virtutum: si deniq; agnoscamus visibilem illum Christianitatis Gubernatorem (Pontificem Romanum) bonum præsidem, prudentia clavo singulariter instructum. Hæc debent esse, dicit Granatenfis, remedia, quæ necessaria sunt, ut ad aeternæ felicitatis portum perveniamus. Costerus etiam p. 390. dicit: *Excita Christum bonis operibus, jejunio, corporis castigatione, onera navis, h. e. temporalia bona per elemosynas ejice, &c.* Sed qualia hæc media & remedia? ubi Christus? ubi Fides? ubi preces? proinde quibus mediis animæ effugere possimus naufragium, hoc docent Apostoli, qui ut (1.) in navi manent, sic & nobis in vocationis navicula manendum, *Wenns gleich nicht allemal wol wittert/nam: Tutor in officio versantibus angelus adst. ut, Psal. 19. & nemini cessit feliciter, qui vocationis navim reliquit turpiter.* Navicula (2.) non nimis oneranda, sic tu ultra vires & posse tuum nihil tentes, *fac tua qua tua sunt, & non aliena require,* überlade dich nicht / cum primis verò cordis navicula non gravetur crapula & ebrietate & hujus seculi curis, Luc. 21. Navis (3.) non perforetur per schismata, rixas & contentiones, sed si quæ pars rimam agat aut riscum, ea pacis obstruatur musco & identidem repetatur Abrahami illud: *Ne sit contentio inter me & te, fratres enim sumus,* Genes. 13. Vitentur (4.) scopuli & syrenes, scandala, pravum fodalitium, carnis illecebræ, quod ut fiat, cum Ulysse obturemus aures nostras scripturis sacris & arbori crucis nos religemus. Cynosuram & polum (5.) h. e. Christum præ oculis semper habeamus cursumq; nostrum juxta ejus dirigamus exemplum. Armis (6.) spiritualibus adversus pyratas Diabulos muniamur, Eph. 6. Viaticum (7.) coenæ Dominicæ non negligamus, quemadmodum Maximinus Syracusanorum Episcopus, cum aliis multis, ex naufragio, in Adriatico Mari, liberatus est, cum omnes se Deo commendarent, & Christi corpus ac sanguinem sumerent, ibi nolis die 12. post ad portum delata & egressis hominibus, in omnium conspectu submersa est, Gregor. Turon. l. 3. dial. c. 36. Tandem (8.) preces & lachryma arma sunt Ecclesia, nec Christus bonis operibus, aut jejunio, aut corporis castigatione, aut elemosynis suscitari potest, sed nolâ precationis aurea, quæ non tinnit nî cordis fune trahatur. Tangamus itaq; hanc nolam dicentes cum Mose: *Surge Domine, & di-
sperge*

Sperge hostes, Num. 10. v. 35. cum Davide: *Suscitare Domine, cur dormis?*
Psal. 44. v. 24. cum Melanchthon:

Surge Pater, fer opem, surge age, surge Pater!

Sic excitabitur Dominus tanquam dormiens, tanquam crapulatus à
vino percutiet inimicos, Psal. 78. v. 65. Non enim dormit Christus ut
Baal, qui excitari non poterat, 1. Reg. 19. sed propè est invocantibus, in-
vocantibus eum in veritate, Psal. 145.

Quid timidi estis ô exiguæ fidei,] Marc. 4. quomodo non
habetis fidem? in Luca: ubi est fides vestra? Diximus antea in precatione
Discipulorum multa esse laudabilia, sed multa infirmitatis indicia mi-
scentur, peccatur enim ab Apostolis (1.) diffidentia, quam produnt illa:
perimus, actum est, &c. quomodo autem perire poterat illa navis, in qua
Christus jacebat? quomodo everti poterat ille cœtus, per quem divul-
ganda erat vera Dei agnitione cogitare debebant se in navi habere illum,
qui venerat, non ut in aquis ipse periret, sed ut in terris redēctionis munus per-
ageret, Hunnius. Sed pessima quæq; discipuli metuunt, minoris fermè
fidei quam illi nautæ Jonæ, qui clamabant: *Qua sumus Domine ne perean-*
mus, Ach Herr hilf das wir nicht verderben! Apostoli autem putant se
jam periisse. Peccatur (2.) ab Apostolis inscritia, licet enim Christus dor-
miret, in vigilem tamen ipsius divinitatem desixi esse debuissent, cogitantes eum
tantam habere virtutem in dormiendo, quantam in vigilando, quia virtus divina
per somnum in nullo impeditabatur, Lyra. Si neverant potentem in terra, cur non
credunt etiam in Mari? Glofs. Ordin. Peccarunt (3.) impatientia, ideo cum
quodam murmure dicunt. Non est tibi cur e quod perimus? q. d. an tu peri-
bis una nobiscum? an tu te solum salvabis, nobis neglectis & pereunti-
bus? qualis tu Præceptor, alii sunt extra periculum & nos perimus? cum
Jonæ Navarcho dicere volunt: quid dormis? non profecto stertendi
tempus jam est, sed vigilandi & succurrenti rebus desperatis! Peccatur
hic (4.) intempestiva temporis præscriptione, quod scil. Dominus juvare
debeat statim & absq; mora, siquidem nisi maturè subveniatur, fieri
non possit, ut vel ad horulæ spaciū salvi maneant. Hæc omnia meritò
reprehendit Christus, nihil, ut solent quidormiunt, somniculosè ge-
rit, sed dicit: *Cur moto mari vestrum etiam Cor commotum est? cur concussa*
scapha concussa simul sunt vestra pectora? cur aqua ad animam usq; infilivit? cur
fidei menibus non estis septi? Salvatorem vobiscum habetis & periculum time-
tis? Vita vobiscum est, & de morte estis solliciti? maris tumorem tremitis, ejus
verd

vero creatorem non attenditis? si potentem me super terram cognovistis, quare non creditis quod & in mari potens sim? Origen. hom. 6. in diversos. ¶ Observa huc, I. an omnis timor simpliciter sit prohibitus? huc sanè verum est illud Poetæ: *præsentemq; viris intentant omnia mortem*, cur ergo non timeant in præsentissimo vita periculo? Resp. ex Marco v. 40. ubi dicitur, quid formidulosi estis *sic, velita*, vel adeo: *Worumb sehd ijt mor prohibitus.* dermassen furchtsam. Prohibetur itaque huc particulâ timor nimius, quemadmodum Christianis à Paulo conceditur quidem, ut tristentur, sed non contristentur adeo & ita ut ceteri, qui Spem non habent, I. Thes. 4. v. 13. innuitur itaq; Apostolos non simpliciter timuisse, sed supra modum timuisse, Winckelm. ¶ II. Notetur fidem sua habere *Fides suos habet gradus:* incrementa & gradus, idèò qui huc διληπτοι sunt & nesciunt quem in navib; habeant, illi Christo ad celos sublati μεγαλωποι evadunt, morbis & immundis spiritibus ipsi imperantes, unde infirmam discipulorum fidem Christus non abjicit, docens exiguum fidem etiam esse fidem, quæ crescere potest & augeri, cum Sancti eundem quidem Spiritum semper habeant, sed non idem robur Spiritus. Audiamus itaque verbum diligenter, precemur ardenter & cum Crucigero dicamus: *Invoco te fili Dei, fide licet imbecilli, attamen fide,* & Dominus manum supponet, ne labamur, Esa. 42. v. 1. Gal. 4. v. 9. Phil. 3. v. 12. &c.

Objurgavit ventos ac mare.] Syrus: *cohibuit*, in græco apud Evangelistas omnes est verbum θητημαίω, quod est interminor, adhibitus minis interdico, vel ut Chemnit. multis verbis & clamoribus in aliquem invehor, respondet Hebræo Gaar γνω̄ quod reperitur, Psal. 106. v. 9. *intrepuit* mare Suph, ita objurgavit Jacob Josephum ob narrata somnia, Gen. 37. v. 9. ita monet Boas messores suos, ne increpent & duris verbis objurgent spicas legentem Ruth, c. 2. v. 16. imò Christus sic increpat malos Spiritus, quando eos expellit, Matth. 17. v. 18. Luc. 4. v. 35. &c. Marcus addit verba increpationis: *Sile & obtumesce.* Syrus vertit: *Quiesce, obtumesce tu, & putant Bulling. esse prolopopœjan, quæ barbaro & surdo elemento sensum tribuat, Chrysoft. hom. 23. imperfect. oper. putat Spiritus immundos increpatos: Sed ostendere voluit hic Dominus, se esse Creatorem rerum omnium, quem ἀλογα etiam sentiant, & à voce Θητημαίως increpationis ejus furgiant, Psal. 104. v. 7. loquitur Christus cum mari ac si homo esset, quia Pelagus à Domino tam facile sedatur, quam si imbecillis aliquis homuncio in ordinem sit redigendus, &*

dus, & pulchrum est simile Dn. Chemnitii dicentis: *Si pater filium suum
pedagogo tradidisset castigandum, hic verò modum servare non posset, tūm à pa-
tre clamatur & reprehenditur: sic ignis, grando, nix, glacies, spiritus procel-
larum sunt Dei carnifices & lictores, qui si modum excedant, tūm increpat eos
altissimus, &c.* ¶ Observa hic admirandam vim vocis Christi. Es ist die-
sem Herrn vmb ein Wort zu thun / so muß sich alles Unglück vnd Un-
gewitter legen. Sic increpata est Saulus invidia, Absolonis perfidia, Je-
sabelis malitia, Juliani & aliorum truculentia, ut sic tota historica Ec-
clesiastica hoc referri posset: sile & obmutesc, Auff diß Wort muß
Pharao ersaußen/ Dicnor muß den Kopff verlieren/ Herodem fressen
die Läuse/ Julianus gibt gewonnen/ Ario reißt der Bauch aus/ Nestorit
Zunge versaulet/ Cerinthum erschlägt die Bad-Stube/ Lucianum fressen
die Hundo/ &c.

Et facta est tranquillitas magna. ¶ De vento magno & tem-
pestate magna, sit tranquillitas magna, decet enim hunc magnum magna & mir-
randa facere, magna potestas, hinc de magna tempestate magna sit tranquillitas,
Origen. in græco est ρεπόνη q. ρεπόνη α γελάω rideo, notatur se-
renitas, quasi omnia sereno vultu riserint, das Wetter lachete gleichsam/
& siebat serenitas non paulatim vel successivè (ut alias cestante licet
vento, fluctus tamen aquas aliquandiu movent & concutiunt) sed su-
bito & statim, Chrysost. addit rationem, quia barbarum maris Elementum
veterem recognoscet vocem & antiqui recordabatur præcepti: Congregentur
aqua in unum locum, & appareat arida. Sribit Suidas, apud Corinthios
fuisse familiam, quæ potuerit ventos sopire, unde dicti fuerint: ἀνέμο-
νοι την, Ventisopii hæc familia magnæ fuit autoritatis, potissimum apud
Nautas, sicut hodieque de nonnullis in extremis Borussiæ finibus dici-
tur, quod ventos navigantibus vel lenes vel vehementes pecunia vendere
audeant, sed quanta in autoritate merito esse apud omnes deberet
ille, cui militant orbis & aether. ¶ Observa solum Christum facilime
efficere posse, ut post nubila phœbus sequatur, Tob. 2.v.22. Sic hoc lo-
co tempestatem magnam sequitur serenitas magna, sic Jacobi meero-
rem Josephi sequitur gloria: sic Davidis exilium & persecutionem se-
quitur corona: sic Jobi ulcera felicitas gemina sequitur: Tobiae cœ-
citatatem visus & prosperitas; Darumb perfer & obdura, duck dich que
Gesell/laß vbergan/das Wetter will sein Willen han/tandem magna se-
renitas sequetur.

Homili-

Homines verò mirabantur, &c.] Parum refert, an hic Apostolos an alias Christi comites intelligas, Apostoli timent ob fidem suæ exilitatem, memores illius: *talem fidem in Israel non inveni, admirantur ob summam Christi majestatem, mirantur hominem dormientem, mirantur Deum imperantem, mirantur creaturam obtemperantem*, Chrysost. Dicunt autem (1.) Qualis hic? *no ratiōnēs, qualis, quantus, cujas?* h.e. qvām fortis, qvām potens, qvām magnus? Somnus, statura, nūxigium hominem ipsum declarat, at mari tanta subito facta tranquillitas Deum exclamat, Origin. Addunt (2.) discipuli Christo obedire mare & ventos, *et anxi subaudio, subausculo, morem gero promissimè* sicut discipulus Praeceptoris, & notandum, qvod in omnibus Evangelistis additur particula admirationem augens ὅπις, qualis hic? Qvia & venti, &c. quasi dicant: Vidimus hactenus Christo fuisse obedientes & dæmones, & morbos, sed jam ἀλογα illa & venti & mare illi sunt subjecti. Potest etiam esse, ut spectatores hodierni miraculi, hac quæstione, respexerint ad varias V.T. historias, placarat enim Dominus Mare, non baculo ut Moses, non arcu, ut Josua, non pallio, ut Elias, non precibus, ut Elisa, sed solo nutu, Theophil. ideò quærunt: *Quis, qualis, quantus?* & nos respondemus: Mirabilis Dominus, qvia sanctos suos ducit mirabiliter: clemens Dominus, qvia infirmos fide non rejicit: potens Dominus, qvia solo verbo fluctus compescit. ¶ Ceterum homo, considera, anno stupore & admiratione summa dignum sit, qvod omnes etiam irrationales creaturæ Creatori suo obediunt, Tu autem solus id non facis, ad Domini nutum ventus silet, mare quiescit, sol immotus stat, petra fundit aquam, &c. sed tu à peccatis nec quiescis, nec in pietate proficis, anno sangvinis guttis hoc erat deplorandum? concludamus:

Nate Dei, fluctus pelagi compesce furentes,
Imminet in cymbani multa procella tuam,
Te quasi sopito jam mergi penè videtur,
Sed vigila & parvum, magne, tuere gregem
Ut tibi pertexat gratia præconia verbis,
Et tua perpetuâ nomina laude eanat,
Aura tonet, sonet unda, minis fremat orbis & orcus,
Tutamen inseruos nos tibi, Christe, tege.

*Ab irrationalibus rationales discere obedi-
tiam.*